



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius  
Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Sextum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

Euit. 3.

Per caudam hostiæ, bonus finis designatus est in lege. Hostiam sine cauda offerre non licuit: neque Deo vita bona sine bono fine placebit. A Sciens scriptum beatus ille, Qualem te inuenero, talem te iudico: maxime à religiosis expetere solebat, quatenus ei finem bonum suis orationibus apud Deum obtinerent: quod & factum est eo, quo iam dicemus, ordine.

### Notatio ad Caput Sextum.

B.ENGEL-  
bertus ho-  
ras Cano-  
nicas non  
neglit in  
itinere.

Tremoniæ-  
sis comita-  
tus.

Bertius in  
comim. rerū  
Germ. lib. 3.  
in Tremonia.

**I**N manuscriptis hoc caput à præcedenti non distinguitur. Obseruatu dignum est, quod B. ENGELBERTVS in itinere B & precum horiarum pensum accurarit, & in comitatu suo Clericorum duxerit multitudinem.

### §. Comes Tremoniæ.

Républicā Tremoniēsem olim pro Imperatore Comes seu Regius vicarius vniuersam administrabat cum consilio Borchmānorū, id est Castrensiū ex antiquæ nobilitatis Familijs: Quæ Comitum Tremoniensiū dignitas licet antiquitus à solā Regum beneficiā penderet, ex quo tamen à domo Saxonica Imperii dignitas translatā fuit, Cæsaresq; rarius in Westphalia versabantur, ita hæreditaria esse cœpit, vt Comitum successores clientelæ seu feudi nomine eam ab Imperatore acciperent. Sed postmodum à Conrado Comite anno 1343. vt docent venditionis ipsius tabulæ, alienatio à maioribus ipsius facta, sub certis legibus rata est habita, atque in Senatum Comitatus medietas translata est, ita vt magistratus & Comes diu admodum partitam æqualiter



C

D

A qualiter iurisdictionem exercent, donec Ioannes Steckius, \* iure \* dotali acquisitam ab Lindenhorstiorum familiâ, alteram comitatus medietatem cum iure gladij senatui Tremoniensi venderet, vnde totius liberi comitatus, seu VRIGRAVIATVS administratione & curâ hodie proconsules ibidem vtuntur. Hanc in Senatum Comitatus translationem Maximilianus I. Imp. Anno 1504. Regio suo diplomate confirmavit, ratamque habuit.

B

## Caput Septimum.

*Martyrizatur B. ENGELBERTVS Archiepiscopus.*

CIRCA crepusculum ventum est ad locum insidiarum, & ecce Comes enormitatem concepti facinoris considerans & abhorrens, di- cere cœpit ad suos: Væ mihi misero. Quid est, quod facere volui, vt Do- minum & cognatum meum occiderem? Sed mox illi, quos ipse iam te terretur ante flatu Behemoth succederat, eum rursus inflammantes, adeo ad Fridericus, facinus instigauerunt, vt instar colubri venenum, quod ad breue tem- pus euomuerat, ardentius resorberet & resumeret: statimque cum Heriberto de nece Episcopi tractans, voluntatem suam ei exposuit. Ille confessim, vt edoctus fuerat à fratre suo Dapifero, assumpto secum Heriberto de Suueren, Dominum Archiepiscopum præcesserunt, & cum Heribertus in ascensu montis esset, Comes ait: Domine, hæc est via nostra. Cui cognomi- Episcopus respondit: Dominus nos custodiat. Non enim sine suspi- cione fuit. Tunc parum expectans Comes, alios famulos post eum mi- sit, præcipiens eis, vt Heriberto assisterent in eo, quod ille molitus esset. Cumque iam concavam viam, quæ in \* summitate duabus hinc- inde semitis cingebatur, Dominus Episcopus ingrederetur, præmissi scilicet Ge- serui Comitis cum tanto strepitu aditum præoccuparunt, vt etiam ipse uelsberg. Pontifex, sicut hodie testis est Cellarius de Hemmerode, turbatus mi- raretur. Alij à dextris, alij à sinistris gradiebantur, quidam verò retro cum Comite insidias obseruantes, sequebantur. Tunc Heribertus si- gnatum eis dans, qui in latebris erant, tam horrificum edidit sibilum, vt piscopus. non modo homines proditoris ignari, sed etiam equi, quibus inside- bant, stuperent. Mox ij, qui præcesserant, extractis gladijs reuersi sunt.

S 3

Id